Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36903
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



184

papae tertij predecessores nostri sunt statuta firmiter observari
statuunt et ordinant quod per totum annum feria quarta et die sabbati
a prima dominica de adventu usque ad diem natalis domini
et a dominica septuagesime usque ad diem paschae omnes regu
lares cuiuscumque ordinis seu religionis ab esu carnium
ubique abstineant nisi necessitas infirmitatis vel forte per abbatem
vel alium statum ipsum suadeat cum aliquo dispensando. Diebus
autem quibus monachis in infirmitorio carnes edunt, sic provide
atur quod in refectorio remaneat ad minus medietas mo
nachorum capituli vel conventus. Idem fiat ubi abbas seu alius
status principalis aliquos ad domum suam seu camerae suam vo
cabit ad melius et plenius exhibendum. Quinimo vero plures in simul
infirmitorio carnes comedunt versus et ofo in principio
mensae ac per refectorium, ymnum et versus dicant et etiamsi
in discumbendo silentium observare debeant legat sicut in re
fectorio continuet aliquid quod edificet audientes, nullaque
persona secularis ad comedendum ibi aliquis admittatur. Item quod
hac constitutione benedicti papae XII. quae facta reliqui
nigri monachorum in ordine sancti benedicti sup esu
et abstinentia carnium. Quinto item vetat quod cum nigris mo
nachis concessum sit ut possint edere carnes interdum
sani sint et fortes. Arguunt quod sic. Nam benedictus ipse vult
alia tempora quae in hac sua constitutione speciali exprimit cum ca
pitulorum vel conventuum nigrorum monachorum medietas
ad abstinentiam carnium astringit. Ergo non illa tempora. Diebus
autem quibus monachis in infirmitorio carnes edunt sic provi
deat quod in refectorio remaneat ad minus medietas monachorum
capituli vel conventus sup. ubi abstineat a carnibus